



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum**

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

**Lanuza, Jerónimo Bautista de**

**Antverpiæ, 1649**

§. 4. Sentite vt proprios, quos Christus perpeßus est, dolores pro peccatis vestris, & ita colligetis vt ilitatem ex Paßionis Christi meditatione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53092](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53092)

factu concessioneque tibi, quasi tu solus fuisses: ita quod factum sit pro omnibus, non admitte, et illi non ita gratus sis, quasi tu solus fuisses: tanti beneficii debitor. Unde tam stricta sanguinis Christi, & eorum quae pro hominibus fecit, a te ratio postulabitur, ac si pro te solo facta fuissent. Aperi sunt libri (sic D. Ioannes) *Et alius liber apertus est, qui est liber vitae.* **Ap. 10. 12** *Et ex illo omnium eorum librorum acta scriptaque iudicarentur.* An ergo eadem rationum partes ab uno atque ab alijs exigentur? Prodeat Christus in die iudicii librum vitae, mysteria scilicet vitae suae, mortis ac Passionis. Hic diuinus liber, in quo exaratum est quicquid Deus pro hominibus fecit, ille est qui aperietur: & pariter libri nostrarum conscientiarum aperientur, ut ex illo singuli libri iudicentur. Quid ergo: numquid a me postulantur est omne illud quod hoc in libro scriptum legitur? Vtique, & quidem eodem modo ac si pro te solo fuisset conscriptum: quia tu solus illi ea sem debet obligatione respondere, quasi alius non esset, qui pro tanto illi gratus teneretur seruire beneficio. Et debita gratitudinis, quae in hoc libro conscientiae tuae desiderabuntur non soluta, per ipsum condemnabuntur, ac si tu pro omnibus defuisses, & omnes pro te. Quam stricta, dico cum D. Bern. nos manet obligatio, quod Deus nos de nihilo creauerit, illi debemus quicquid sumus, potestque de nobis pro beneplacito suo disponere, nec tamen licet illi replicare. *Sicut non potest signatum dicere: Cur me fecisti sic?* Cum igitur per redemptionis beneficium nos repararit, resecerit, ac redemerit, *Ut qui viuunt hanc non sibi viuunt: & haec omnia maximi pretij pendio: Empii estis pretio magno: quantum erit hoc debitum, quo debetores illi constringimur?* Deinde si consideremus Domine, modum quo nos refecisti tam molesto tuae maiestati, nobis autem adeo honorabili & proficuo. Et sicut Deus his omnibus modis se totum pro me tradidit, ego similiter pro ipso tradere me teneor idque modis omnibus illi si licitissimum. Haec omnia nobis exponunt beneficij magnitudinem, quo Deus nos in Passione, mortisque filij sui cumulauit, & obligationem eius iudicant, cui nos alligauit, ut diuinae suae seruamus perpetuo grati maiestati.

1. Co. 5. 7  
1. Co. 6. 10

§. 4. *Sentite ut proprijs, quo: Christus perpassus est, dolores pro peccatoribus: ita colligetur utilitatem ex Passione Christi meditatione.*

**H**actenus portentum illud attendimus retrogressus solis Christi usque ad ultimam Passionis illius mortisque in cruce iudicium. Iustum est ut ad eius inquisitionem ad illum recurramus, cumque rogemus, ut nos doceat illud median di scripturis Regis Ezechiae ad conspectum patienti illius retrogressus solis usque ad ultimam lineam, Regis Babiloniae: Legi ad illum recurrerunt, qui post hoc illud interpretari. *Reges Babiloniae miserunt ad eum legatos, ut interrogarent de portento sibi magno, quoque ad tantam Christum retrogradationem in passione sua, qui melius nos modum doceat illam meditando, praeter Apollolium Paulum, neminem inuenio. Modus autem quem praescripsit ut nobis utilitatem, hic est, ut dolores, Passionem, mortemque Christi in nobis ipsis statuamus ut illos sentiamus, modisque meditemur. q. d. Passio Christi eo modo consideranda est, ac si quisque ille esset, qui patitur. *Hoc sentite in vobis quod est in Christo Iesu.* Non sentimus nisi ea quae patimur cruciatas illos in nobis statuamus ut illos sentiamus & illos sentiamus. Quando Rex Alexander Ionatham misit, ut eum ad suam traheret amicitiam, sibi que deuincere precepit, ut omnia Alexandri sic estimaret quasi sibi propria: lex etenim haec est amicitiae, eoque sine proprio misit illi vestimentum in haec verba. Ad amicitiam nostram se iungamur, & hanc purpuream vestem, & amictum coronam tibi quasi signum & pignus amicitiae mittimus, ut amicus voceris Regis, & quae nostra sunt, sentias nobiscum. Ad placet vobis, fratres mei, Dei consuequi amicitiam in consideratione Passionis & mortis filij sui. Ad hoc vellem Christi vobis afflammite, dolorum eius, laborum, vuluerum, mortis & tormentorum. Haec est vestis Christi purpurea: nam de illa locutus Ihas sic interrogat: *Quare rubrum est vestimentum tuum?* Et illi dicit passionis eius agens mysteria, & illam nominat vestimentum rubrum, iudicamentum*



sanguinem, ut quæ nostra sunt, sentiamus.  
 Requiritur necessitudo ut sentias tanquam  
 proprio dolore & cruciatu quos ipse per-  
 tuit: consideres illos ut tuos: hoc etenim mo-  
 do vellem induere Christi, monente nos ad  
 hoc Apollolo: *Induimini Dominum Iesum*  
*Christum: q. d. In te ipso sentias eius penas,*  
*hac enim methodo Dei tibi conciliabis ami-*  
*ciam. Qualiter hoc senties, si pro seruo tuo,*  
*in nullius culpæ reus in vincula conijcereris,*  
*flagellis cautereris, & crucifigereris? Et quid*  
*tui grati famulus ille, qui hoc videret facere*  
*tu? grati à famulus ille, qui hoc videret facere*  
*tu? grati à famulus ille, qui hoc videret facere*  
*tu? grati à famulus ille, qui hoc videret facere*  
 Hoc est quod adeo moleste Iob ferebat in  
 amicus suis, de talibus expostulans calamitati-  
 bus, quales erant illæ quibus oppressus exa-  
 minabatur: illi vero vitium iustum arguebant  
 ut impatientem & querulosum. Mille profe-  
 rebant illi aliorum historias, qui grauiora  
 passi fuerant, multasque congeriebant ratio-  
 nes, quibus innoxium durtius increpabant se  
 contristantem. Excaudit in illos Iob & ait:  
*Nonquid habebitis finem verba ventosa? An*  
*ego nunquam tanta fuisse iactantia, qua*  
*res nullas ducitis ut prudentes iactatis &*  
*supercites in iis quæ loquimini, quod vique*  
*eadem aediam verba vestra, quæ nihil nisi*  
*ventum spirant, nec meas sentit aduersita-*  
*tes? Fateram & ego similia vestri loqui: atque*  
*quoniam esset anima vestra pro anima mea conso-*  
*lauer & ego vos sermionibus, & mouerem caput*  
*meum super vos, toleraretis vos ore meo, & mou-*  
*erem labia mea, quasi parens vobis. Si vos ipsi*  
*pateremini, & ego vobis ad essem consolator,*  
*videberis vtrum plura vobis dicerem quam*  
*ipsi dicitis, & vtrum vobis exempla propo-*  
*neram coram qui tribulationibus anguntur*  
*non cuiuslibet tolerandis, variisque in medium*  
*adferrem rationes, quæ leues vestras redde-*  
*rent & tolerandas, loquimini ut simi ac-*  
*cepta, verba tantum ventosa: non enim gra-*  
*uiorem vobis mea poena poenam inferi,*

quam de illa discedere, nec tamen illam sen-  
 tiatis, ut ego perfero; sentite illas quasi pro-  
 prias, & vos in medio poenatum esse conside-  
 rate, & mihi credite, alio longè modo loque-  
 mini. Et hæc erat illa querimonia quæ Iob  
 contra amicos suos expostulabat aduersitati-  
 bus atrox acerbioribus, quod illas attende-  
 rent ut alienas & maiori loquerentur liber-  
 tate, reprehendentes illum, quod tantopere  
 dolens ingemiseret; qui quotidie has illi  
 exacerabant, & ventosa verba loquebantur,  
 cum nec vnus eorum calamitates eius in seip-  
 so pateretur.  
 Sic plures inuenias qui de Christi crucia-  
 tibus eulque passione discerunt eleganter  
 Teipsum eius loco subtere, & in teipso  
 senti, quod ipse sentit atque eo modo de  
 Christi passione ut par est proloqueris. Nec  
 quid magnum effeceris si eius te loco sub-  
 stituas & quod in ea peractum est, ipse  
 patiaris: quanloquidem ipse ut illud patere-  
 tur tuo se libenter loco staret: & cum  
 Dominus esset, nulli culpæ obnoxius, poenas  
 in se suscepit serui, eiusque condignas scele-  
 ribus. *Qui cum in forma Dei esset. & formam*  
*serui accipiens, quasi ipse reus esset & peccator,*  
*omnium nostrum, qui tales eramus, sustinuit*  
*penas. Te ipsam eius loco subroga: & confi-*  
*dera quod iustus sit, & tuæ salutis gratiã pa-*  
*tiatur, cum nihil ipse deliquerit. si tu Rex*  
*esses, & pro salute vitæque serui, eius te pallio*  
*vestires atque permitteres, ut omnibus te*  
*punirent cruciatibus talis serui rebellionem*  
*debitis: imò grauioribus quam ille mereretur*  
 atque in eis nec os aperiret, quomodo patiens  
 hoc tolerares, si pateretur illum tibi contu-  
 macem? Igitur attende quam grauius etiam  
 Deus rebellionem sentias, in sceleribus illis  
 quibus diuinam eius pronocas maiestatem:  
 postquam intellexisti quod cum Dominus,  
 esset verusque Deus, homo fieri voluerit,  
 locum tenere serui, tantum ut tui gratiã qui  
 seruus eras, poenas sustineret sceleribus tuis  
 culpisque correspondentes: Eia igitur illas  
 attende ut proprias, quas Christus patitur  
 eiusque in te dolores experire. *Hoc sentie in*  
*vobis quod & in Christo Iesu* hoc etenim modo  
 considerata & appensa Christi passio mari-  
 mum tibi adferet emolumentum  
 Præceptum Domini legimus in Deuterono-  
 mio, ut si quando cadaver hominis in via re-  
 periretur

III.  
 In nobis  
 sentie-  
 quod fuit  
 in Chri-  
 sto.

IV.



UNIVERSITÄTS-  
 BIBLIOTHEK  
 PADERBORN



perirent diligentem facerent inquisitionem  
 ut homicidij reum indagarent, & non inue-  
 nientes, ad populum mortentur magis vicini-  
 um, qui doloris signa super defunctum edet-  
 ret singularia. *Quando inuentum fuerit in via*  
*hominis cadaver cecidi, & ignorabitur cuius esse*  
*metentur à loco cadaveru singularum per circum-*  
*tum spatia civitatum, & quam viciniorum ceteris*  
*esse persequerint, &c. In hac mundi via cadaver*  
 hodie reperimus hominis occisi, Christi sci-  
 licet Domini nostri. *De torrente in via liber*  
 scilicet in monte Calvarie cernimus illum  
 crucifixum, nec homicidij reus invenitur, Fi-  
 latus accusatus respondet: non ego Christum  
 occidi: *Innocens ego sum à sanguine iusti huius.*  
 Atque ad eius confirmationem quod in hac  
 eius morte nullum habet ipse culpam, natus  
 suas luas coram tota lauit synagoga Iudaeo-  
 rum, Iudaei se subtrahunt ad latus & Praefidi  
 respondunt: *Nobis non licet interficere quem-*  
*quam.* Nos illum non occidimus: est etenim  
 hoc nobis illicitum. Herodes in ius vocatus  
 se expugnat, quod illum ad Pilatum remiserit  
 nihil dignum morte ei inferendo. Iudam au-  
 dio protulisse, ego protulatus sum eum  
 iustum esse, nec volui eius mihi mortem im-  
 putari, idcirco & pecunias facti penitens re-  
 tuli, quas ex iusti sanguinis iniusta venditio-  
 ne receperam. *Dial olus ait, non illum ego in-*  
*terfeci: etenim debitam feci diligentiam per-*  
*vicem Pilati, ut pudent marito suaderet,*  
*et virum hunc vitose innoxium sanctumque*  
*absolveret. Tandem nullus culpandus de*  
 Christi morte quis invenitur, videmus tamen  
 Christum in cruce mortuum & occisum, Legis  
 igitur decretum obstruetur, & à cruce sin qua  
 illum cernimus metiamur ad eorum vicinios  
 que, quisnam sit illi vicinior. O peccator  
 quam illi vicinus es, quam tibi proxima illae  
 spinæ, quas sacro eius capiti cernis in frons  
 superbiae tuae, quandoquidem ad illius po-  
 nam tempora eius divina penetrarint, Quam  
 propè illae manus avaritiae tuae, quandoqui-  
 dem propter illas clavis censuræ fuerint &  
 tecebrae manus Salvatoris! quam proximi  
 sunt illi pedes, tuis gressibus irordinatis  
 pedumque tuorum velocitati quæ ad gravem  
 Dei festinant offensam: cum pro illis harpa-  
 ginibus in cruce desigatur? quam vicinum  
 corpus illud sanctissimum in, tot flagris con-  
 sum, tot vulneribus laetum ex superfluis &

excessibus delicijs quibus illud totum eximii  
 delicatule quandoquidem et pro tua volentia  
 nobis Christus satisfaciatur, tot vulneribus pla-  
 gisque luas, quot in cruce perpendis ignominia  
 Non hoc tuum fugiat considerationem,  
 quod in tuaque peccata, ea sint quæ Deum  
 nostrum in cruce confixerunt: quatenus  
 ex hoc eius dolores sentias quasi proprios, &  
 illos in te ipso studeas persolvere, sicut  
 exemplum Apostoli qui sibi ipsi Christi mortem  
 adscribebat, dicendo: *Tradidisti semetipsum*  
*pro me.* Inquiris pro quo mortuus sit Christus?  
 Hoc scias me huic morti ceteris esse vicinior:  
 tem: quia mei causâ illum toleravit: quia pro-  
 mus ego sui peccatorem & omnium negotio-  
 sumus, & venit Christus in mundum, & nec  
 tuus est in illo ut peccatores iustificaret.  
 Christus Iesus venit in hunc mundum pro peccatis  
 saluos facere, quorum primus ego sum. Eodem  
 modo tibi considerandum est, ut ipsum esse  
 pro quo Christus mortuus est, quodque tan-  
 quam morti huius ad eò vicinus, sentire do-  
 beas ut proprios dolores illos, quos in illa  
 Dominus hic pertulit pro te particulatim.

§. 5. *Vi Passiois illius meditationi assuetus,*  
*posuit in illa Dominus sub acerbitate eius*  
*& doloribus dulces salutes vestrae reme-*  
*dium: materia haec ea est, in qua mal-*  
*itum potest noster proficere intellectu, &*  
*voluntas allecari.*

Porro durum videtur contemplari Christum  
 Dominum nostrum mortem perpeti ad  
 inhumanam & Passionem adeo acerbam ple-  
 namque subire doloribus. Quæ namque est  
 nentio nomini Passiois cum nomine Iesus  
 Passio nomen est immanitatis, Iesus nomen  
 est suavitatis. Passio mortem praefert, & Iesus  
 vitam. Passio suam minatur, Iesus salutem  
 repromittit. Passio quæ sonat amaritudinem,  
 & Iesus quod resonat dulcedinem. Quæ  
 hæc coniunctio ut rara, ita singularis? My-  
 sterium involuit eminentissimum: non enim  
 sine causa mater Ecclesia voluit hæc alijs  
 diebus facere coniunctionem in titulo quæ  
 præfigit Evangelis, in quo referunt Euan-  
 gelistæ hæc Christi Passionem: *Passio Domini*  
*nostri Iesu Christi.* Et quantum coniunctio  
 pellit ut cognoscamus in hac S. Passiois

VI.  
 Peccator  
 est maxi-  
 me vicini-  
 us  
 Christi  
 passiois.